

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cor siue mens e
cum uariis

Quid est cor durum? Ipsum est quod nec conpunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus; minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum est ad beneficia, infidum ad consilia, seuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, preteritorum obliuiscens, presencium negligens, futura non prouidens. Ipsum est cui preteritorum preter solas iniurias nichil omnino non preterit, futurorum nulla nisi forte ad ulciscendum prospectio est.

Bernardus V. de consideracione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

durum] diurum (*cor. sub lin.*) C; seuum] suum (*cor. supra lin. ab alia manu*) B M, suum C; nulla] nulli C